Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



78

contra imperatori. Si autem dicet ei licitum videt ei
et contra iudaicum populi et diuino honori. et sic per hoc fieret
maiuolencia populi. Considerans autem dolum illorum et
scriens usuria eorum et cognita ipsis negocia eorum ait
Quid me tentatis ypocrite. Non ergo gratis veri-
tate addisce sed me uerbis capere. Ostendite mihi numis-
ma census. Afferte mihi denarium ut uideam. Et illi
obtulerunt ei denarium qui debat annue imperatori pro-
censu a quolibet capitaneo domus. qui valebat decem
denarios usuales. Et ait illis ihus. Cuius est ymago
hec et superscriptio. Cuius hec ymagines et superscriptiones. Et
respondentes dixerunt ei. Cesaris. ymago enim cesaris
erat impressa in illo denario et nomen eius in circumfe-
rencia. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari.
et que sunt dei deo. Et non potuerunt reprehendere uerbum
eius coram plebe. Et audientes mirati sunt omnes super
eo. Et mirati in uisu eius tacuerunt. Et relicto eo abi-
erunt.

Lc 20. De muliere septem nupt. 22. K 12. Mt. 20

In illo die accesserunt ad eum saducei qui dicunt non
esse resurrectionem. Et ideo inquierunt eum quem uidebant
eis insolubile. et post hoc uidebant eis quod resurrectio mortuorum
sit impossibilis. et interrogauerunt eum dicentes. Magi-
ster moyses dixit et scripsit nobis ut si cuius frater mortuus fuerit
et dimisit uxorem et filios non reliquit. ut frater eius du-
cat uxorem illius. et suscitet semen fratri suo. ita quod primus
filius natus non accipiat generationem. sed mortuo fratri.
Erat ergo apud nos septem fratres. Et primus uxore duc-
ta defunctus est sine filiis non relicto semine. et non
habens semen reliquit uxorem fratri suo similiter
secundus accepit eam et mortuus est sine filio. et neciste
reliquit semen. Et tertius similiter accepit eam usque ad septem.